

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

XL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A poterat: hoc salutis augurium, cum aliis cæremoniis jam abolitis, restituit & Augustus Cæsar. Apud Livium sepe reperias vota ejusmodi facta. In ara five arcu Constantini Romæ vot. xx. scriptum, aspicias. In nummo Maximiani Pœni v o r. xx. in media laurea positum. Ita plerisque aliis locis & numis, vot. r. x. alibi, vot. xxx. votis quippe decennialibus, votis vicinalibus, tricennialibus: ^{Maximiani} ^{ni Panis} reatum scilicet voti solutum: quod ita postea posteritati commendabant, factis aut ex ære aut more monumentis.

MULTITUDO. CAP. XXXIV.

Illud autem scitu non indignum, quod vicinalis numerus multitudinis significatum habet, de quo Theocritum legas:

*Ἐθέλτως ἐν Καζόγερπε τοῦ εὐαλη πατέων.
Viginti natorum Hecuba nego maximus Hector.*

Ubi Poëtam numero abusum ajunt interpres, pro multorum: propterea quod sit numerus multitudini maximè congruus, quod etiam apud Simonidem observarunt. Homerus in ejusmodi significatum Unde viginti posuit, quod Latini uno minus viginti dicere conserunt.

DUO MILLIA. CAP. XXXV.

Vicena superius eo gestu figurari ostendimus, cum pollicis lœvi unguem in eum indicis & infamis insimum locum, ubi digiti illi duo divercari incipiunt, affixerimus. Idem gestus iisdem digitis in dextera, duorum millium est hieroglyphicum. Neque ultra repetemus, quæ super hoc gestu perperam à quibusdam aliis excogitata sunt. Sed ad calcem festinantes, triginta jam & ter millia proferemus.

XXX. CAP. XXXVI.

Triginta, ut ex Apulejo dicebamus, in denario indicabantur, indice & pollice adaptatis: ita tamen, ut utriusq; unguis ad osculum quodammodo coirent blando, inquit, amplexu Beda. Hieonymus eorum digitorum conjunctione molli.

NUPTIA. CAP. XXXVII.

Et vero numerus tricenarius nuptiarum hieroglyphicum, ut facri Evangeliorum interpretes ^{Tricenarius} super Matthæo, affirmant, quod non multum absit ab eo numero per quem Ægyptii maritalem ^{numeri in} copulam, five, ut apud Horum est, maris & foeminae congressum significabant: geminae quippe ^{sacrae accessio} luptatis interventu. Nam cum numerus, ut paulo ante dictum est, xvi. voluptatis signum habeat, retur, illi mox duo atque triginta nuptiarum hieroglyphicum esse constituerunt. Nuptia vero conjugalisque conjunctio eodem sic significato accipiuntur. Qui quidem congressus utrique voluptuosus, cum, ut Ovidius diceret, *utrimque resolvat*, geminari idemtide poscit ipsum voluptatis signum. Atque hoc illud est in Divinis literis, quod trigesimus annorum numerus pro maritali copula ponitur. Unde fructus ille trigesimus, qui offertur Deo, cum conjugalis vita castè puriterque, & nulla alterutrius partis injuria cum fide peragitur. Commode vero fecerimus, si rem hujusmodi sculpturi, eam non ex duplicatis xvi. vel ex integro xxxii. fecerimus, ac manum ipsam ea specie compoſuerimus, ut xxxii. repræsentet, unguibus, uti dictum est, lœvæ manus duobus illis ad osculum coœntibus, anularique & auriculari in flexum palma appressis, ut duo significant addita tricensis.

TERNA MILLIA. CAP. XXXVIII.

Idem gestus in dextera, qui xxx. in lœva commōnstrat, tria millia significat. Quæ fuerint vero apud Romanos milleniorum notæ, quæ paucissimis atate nostra patuerunt, quæ earum ratio, in quinquageno & quingenteno numero copiosius explicabimus.

XL. CAP. XXXIX.

Quod si pollicis ejusdem suffragio lateri vel dorso in lœva ejusdem indicis superinducta sit, ita que quadriga ^{Notæ signum} sit signo ^{que quadrige} facio digiti ambo quantum fieri potest, extendantur, indice tamquam horologii ^{genarii numeri.} cujuspiam

Cujuspiam gnomone prominente, quadraginta significabantur. Atq; hoc illud est quod apud Apulejum habetur: *Cum vero XL. quis facilius ceteris per recta palma significantur, ea XL. tu dimidio anguli non potes digitorum e gestu errasse, nisi forte triginta annorum Pudentillam natu, binos cujusq; anni Consules numerasti.* Hacc ille disputat oratione secunda pro seipso, ubi Pudentillam quadragecum annum non excedere contendit, quam Aemilianus jam sexagenariam deposuerat, ideoque nefas esse eam ad nuptias solicitare, quando, ut sacri etiam interpres ajunt, sexagenarius numerus viduitati facer est, ut paulo infra loco suo plenius. Facit & ad virum hic annorum numerus. Nam Philon problemate proposito. *Quare Isaac quadragenarius Rebeccam duxit?* tempus id congruum maritali copulae ait sapienti viro, idque fieri boni omnis causa: quia semen in vulva reconditum quadraginta diebus in masculum figuratur. Esaus quoq; quadagenarius Judithen uxorem accepit.

IGNOMINIA. CAP. XL.

Mystica quadragenarii numeri significations.

A pud Hebreos in flagris quadragenarium numerum vel uno excedere infame habitum, & pro ignominia nota accipiebatur. Unde illa in actis v. illi autem ibant gaudentes & confessa Canticum quod digni habiti essent, qui pro nomine Iesu contumeliam paterentur. Verbum autem Graecum illud annua & vici, habet in se aliquid, quod infamia notatum indicet, sed & intestabilis sit, & ad honores non amplius idoneus haberi possit. Apud Hebreos enim lege cautum erat, ut si quis vel unam flagram supra quadragenas accepisset, ad honores & dignitates consequendas non amplius idoneus haberetur. Hinc locus ille cap. xi. secunda ad Corinthios epistola patet: *A Iudeis quinque quadragenas, una minus, accepi. Cur, una minus, querit Theophilactus?* atque ea citata lege iussisse ait Iudeos tot numero plagas, una minus, infligi, ne illis cederet ad ignominiam, si forte pecusor ultra constitutum numerum proiectus esset: quod si errore, vel casu aliquo accidisset, eam esse volunt quadagenam: cupiebant enim eum per ejusmodi castigationes ad se trahere: quod si facere potuissent, par erat, ut hominis doctrina, ingenium, & fandi vis, honores sibi depositerent, quos nequam deferre recusasset. Cavebant vero ne ad repulsam locus esse posset ignominia. Sunt qui simpliciter rem accipiunt: quia Iudei litera tantum addicci, habebant in lege, non excedendum flagris numerum quadagenarum. Sed nos illud, *una minus*, penitusamus. Neque nelcimus Moysenum plagarum numerum ideo non excedendum instituisse, ne forte qui castigandus tantum esse iuria flagrorum repetitione examinaretur. Cujus verba sunt Deuter. xxv. *Sin autem eum qui peccavit dignum viderint plagi, prostrerent cum, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarum modus, ita duntaxat ut quadagenarium numerum non excedat, ne se de laceratu ante oculos tuis obeat frater tuus.*

REDEMPATIO. CAP. XLI.

E st & ea quadagenarii numeri consideratio in Divinis literis, quod a v. anno usque ad vigesimum, qui se Deo voverit, redimere se se potest fructu quadagenario. scilicet quippe xx. sive, ut Septuaginta reddidere, didrachmis. Siclus enim, ut sepe dictum, duabus & stimatur drachmis. Illa igitur drachma sunt. xl. Hujusque rei hieroglyphicum significatum est, ut praeter sensuum caliginationem, possit ea & tias jejuniis interim & orationibus vocare, donec eo perveniat, ut apulemionis doctrina fiat idonea. Ad operis cuius quandam similitudinem Moyses per xl. dies jejuniis omnino operam dedit.

QUATERRA MILLIA. CAP. XLII.

A ne idem sepius repetendo morosus siam, qui gelus, quæve digitorum collocacio in lava factum, cum iv. notaremus, eadem figura statusq; idem in dextera quatuor millia computabit. Quia vero polliciti sumus loco hoc rationem reddere, cur Romani millia haec per rectam lineolam, & scilicet ea est certi ponderis nota ad apostrophi, quo nunc plurimum utimur, similitudinem) hinc inde ad alligatos figurari ostendendum est. Manifestum est millenarii numeri notam, quæ tam antiquis in mo-